S. Anno secundus Coloniensis pontifex XXXIII.

cat. III. Tricesimus tercius successit in pontificatu Coloniensis cathedre sedens annis 20 venerabilis presul,
sub Heinrico III. supradicto et Heinrico IV. imperatoribus (S. Anno,
cat. III. cod. 4. huius scilicet nominis secundus. Iste vir sanctus natione de Dassele
cum esset adhuc in statu minori constitutus et prepositus Goslari-
ensis, in expeditione exercitus, quem Heinricus III. imperator predi-
ctus contra Ungarios z) rebelles imperio direxit, eundem comitans
imperatorem in bello cum ipsis Ungariis commisso fertur forcius
omnibus dimicasse; quem eciam propter sue probitatis et indu-
strie preclara merita dictus Heinricus III. ad episcopalem digni-
tatem provehi a) procuravit. Hic Anno archiepiscopus post obitum
Heinrici imperatoris III. supradicti, cum idem Heinricus adhuc vivens
Heinricum IV. filium suum quintum vix annum etatis habentem
futurum regem Romanorum designasset, et idem Heinricus puer
Agneti auguste matri sue per optimates regni ad educandum fuis-
set commendatus, ipsum puerum nonnullis regni optimatibus
annuentibus per vim rapuit a custodia matris una cum lancea do-
mini salvatoris b) et aliis regni insignibus et ipsum Coloniam se-
cat. III. cod. 4. cf. Lamb. Hersf. 1075. cum ducens in suam recepit commendam. Ipse + quoque b. Anno
quinque solempnes instituit congregationes clericorum atque religi-
osorum, primam videlicet s. Marie ad gradus in Colonia, secundam
ad s. Georgium extra urbis muros, terciam in monte qui dicitur
Syberch c) [6], ubi et in pace est sepultus, quartam in Westphalia d) in loco 6] Siegburg.
qui Grayscapp e) [7] appellatur, quintam vero in Thuringia in loco dicto 7] Grafschaft!
Salvelt f). Idem eciam vir beatus, religiosis semper intendens acti-
cat. III. cod. 4 et dipl. Annonis ap. Seibertz Ur. d. westph. Gesch. II p. 461. bus, sanctorum et gloriosorum Christi martirum duorum Ewal-
dorum corpora in ecclesia s. Cuniberti dudum sepulta de neglectis
+ 5 et 6: Idem quoque vir Dei commendabilis et vite sancte (vir Dei vite com-
mendabilis et scientie 5) quinque (quinque deest 6) instituit celebres congregationes. Textum depravatum exhibet 6.

z) Hungarios 1. Ungaros 2. a) ad episcopalem dignum presulem provehi 1. ceteri ad episco-
patum dignum presulem omissa voce provehi. b) salv. domini 2. c) Sybergh 2. Siberg 3.
Sibergh 4. 4'. 4''. d) Westfalia 2. e) Grayschap 2. in Westf. que et Graifschaff. 2. Graiscap 4. 4'. 4''. f) Saelvelt 3.